



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCCXXXII. Verordnung des Markgrafen Otto Brandenburg wegen der Bede  
und des Schlosses in der Stadt Bauzen, vom 13. Dezember 1304.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

foribus suis, videlicet Domino Alberto Turingie Lantgrauio et a suo filio Domino Thydmano Turingie Lantgrauio et possiderunt pacifice et quiete. Insuper recognoscimus, quod predictis fidelibus nostris ambobus simul omnia eorum bona contulimus ita videlicet, quod non obstante eo, si Fredehelmum cum Johanne in bonis hujusmodi contingeret vel contigerit ab inuicem separari, et si Johannes aut Fredehelmus sine heredibus vel sine herede de medio sublatus fuerit, quod bona alterius ad alterum et ad suos heredes sine medio deuoluantur. In cuius rei euidenciam et euidencius argumentum presens nostrum scriptum eisdem desuper dari iussimus, cum nostrorum sigillorum appensionibus informatum. Actum et Datum Grimniz, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>., sabbatho ante Lucie virginis proximo, presentibus fidelibus nostris karissimis, Domino Conrado de Redere, Borchgrauio Hermanno de Gollin, Henrico de Stegheliz, Nicolao de Buck nostre curie dapi-feris, Henningo de Stegheliz, Otto de Holtscendorp nostre curie Marscalco et quam pluribus aliis fidedignis.

*Nach dem Originale des K. Geh. Kab.-Archives 420, 7. Ungenau in Gercken's Cod. IV., 370.*

**CCCXXXII.** Verordnung des Markgrafen Otto von Brandenburg wegen der Bede und des Schosses in der Stadt Banz, vom 13. Dezember 1304.

Otto, dei gracia Brandenburgensis et de Landisberg Marchio, fidei famulo domino huringo gratiam suam et omne bonum. Tue notum facimus fidelitati, quod dilecti nostri Cives in budiffin nullam prorsus debeant dare precariam de Molendino et aliis bonis, de quibus dant exactionem in ciuitate siue confagittacionem, quod Scotz volgariter nuncupatur: et super isto eisdem donauimus nostras patentes literas, sigilli nostri munimine roboratas. Datum Grimniz, in die Lucie.

*Nach einer vom Polizeirathe Kbhler zu Gbrlich mitgetheilten Abschrift des Originals im Banzner Stadtarchive. Die Urkunde ist schon von dem Verzeichnisse der Oberlausitzischen Urkunden S. 21 in die Zeit zwischen 1304 und 1308 gesetzt. Ohne Zweifel gehört sie in das Jahr 1304, da aus der vorhergehenden Urkunde hervorgeht, daß der Markgraf Otto das Fest der heiligen Jungfrau Lucia im Jahre 1304 zu Grimniz in der Ufermark feierte.*

**CCCXXXIII.** Revers des Abtes Johann zu Scharnebeck im Lüneburgischen über die Gedächtnißfeier des Markgrafen Otto des Langen von Brandenburg, ausgestellt im Dezember 1304.

Nos frater Johannes, abbas monasterii in Riwo sancte Marie, recognoscimus tenore presencium protestantes, quod dominus Nicolaus filius Johannis, Bertoldi quondam filii, canonicus ecclesie Bardewicensis, presentauit nobis decem marcas Stendalensis argenti, quarum amminiculo comparauimus curiam Henrici, quondam dicti de Ochthufen, in Lüneburg in vico situatam, qui Mare dicitur, sub hac forma: Tota medietas pensionis curie supradicte cedet ad consolacionem conuentus nostri, annis singulis, ritu per-